



**Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi**

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos  
Distributa

**Ilsung, Jakob**

**Dilingæ, 1693**

Meditatio CCCXXXII. Christus è Galilæa Jerosolymam ad Festum  
Scenopegiæ discedit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

mniantibus vos: ut sitis Filii Patris vestri, qui in Cælis est: qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. Noli ergo imitari hunc crudelem Conservum, ne homines, & Angeli ac Beati in Cælo, videntes tuam animi aver-sionem &c, imitentur Conservos illos, de quibus Christus in Parabola ait, illos ipsos homines, & An-gelos designans: *Videntes autem Conservi ejus, que fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narraverunt Domino suo omnia, que facta fuerant.* Alioquin Deus imitabi-tur Regem illum, de quo pergit Parabola: *Tunc voca-vit illum Dominus suus, & ait illi: Serve nequam: omne de-bitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri Conservi tui: sicut & ego tu misertus sum?* Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoad usque red-deret universum debitum. Sic & Pater meus Cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque Fratri suo de cordibus vestris. Ipla enim immisericordia, & implacabilis ani-mi aversio, aut ira erit peccatum dignum æternâ pæ-nâ: vel etiam erit causa subtractionis Auxiliorum, si-ne quibus homo in similia peccata prioribus, & in impenitentiam labi sinatur.

## M E D I T A T I O CCCXXXII.

*Christus è Galilæa Jerosolymam  
ad Festum Scenopegia discedit.*

Joan. 7. v. 2.

PUNCTUM I. Erat autem in proximo Dies Festus Iudeo-rum Scenopegia ( id est , Festum Tabernaculorum, quo ex Præcepto Divino Levit. 23. per septem dies sub publicis tabernaculis habitantes celebrabant me-moriām

R. 3

moriām

moriā quadraginta annorum peregrinationis, & commorationis sub tabernaculis, ac Divinæ Protectionis) *Dixerunt autem ad eum fratres ejus* (nempe Consanguinei, ex Miraculis Christi cupientes inclare, quamvis nondum crederent, illum esse Christum qua de causa etiam ita audacter cum illo loquebantur) *Transi hinc, & vade in Iudeam*, ut & Discipuli tu (quos Jerosolymis habebat, & ibidem habiturus erat) videant opera tua, quæ facis. *Nemo quippe in occulto quid facit, & querit ipse in palam esse.* Si hæc facis, manifesta te ipsum Mundi. Quod isti Consanguinei dixerunt Christo, hoc congenitus nobis appetitus honoris, & amor proprius dicere solet, ut ex Doctrina & Operibus nostris Bonis publica ostentatione vanam gloriam, laudem, & famam quæramus. Sed isti Consanguinei, & carnis, ac sanguinis cognati, consiliarii audiendi non sunt, quia tantum habent sapientiam Mundi; ideo respondit eis Christus: *Non potest Mundus odisse vos: me autem odit, quia testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.* v. 7. Christi autem Sapientia aliud suadet Matth. 6. v. 1. *Attendite, ne Justitiam vestram faciatis coram hominibus*, ut videamini ab ei; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cælis est. Præterea ne pareas prædictis Consiliariis, quando ad plausibiliores Cathedras, & officia querenda tibi in animo dicunt: *Transi hinc, & vade.* Sed esto contentus loco & officio, quamdiu non venit tempus mutationis, à Superioribus imperatae.

PUNCT. II. *Dixit ergo eis JESUS: Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum.* *Non potest Mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.* Vos ascendat

scendite ad Diem Festum hunc , Ego autem non ascendo ad Diem Festum istum. Quia Judæi jam cæperant insidiari , ac moliri necem Christo , mortis autem tempus à Cœlesti Patre definitum primum post sex menses à Feste Tabernaculorum , quod mense Septembri celebatur , futurum erat ; ideo Christus ad evitandas insidias , quas ante Festum , vel initio primi diei sibi struendas noverat , noluit cum ascendentibus Consanguineis opportunitate temporis uti , partim ut omnia tempore convenienti , & à Patre constituto ficeret , nōsque illum in temporis & ordinis discreta obłervatione imitaremur : partim ut non vi repellendo , sed declinando , Mansuetudinis ac Charitatis exemplum præberet : partim ut à Consanguineorum ac mundanorum hominum familiari conversatione ac societate abstinentendum doceret. Itaque his dixit : *Vos ascendite ad Diem Festum hunc : Ego autem non ascendo ad Diem Festum istum , scilicet nunc , & vobiscum ; sed exspectabat adhuc per tres dies , quibus interea in alias partes Galilææ pergebat : quapropter Joannes hicversu 1. scripsierat : Post hæc autem ambulabat JESVS in Galilaam ( id est : per Galilæam : vel ut Græcè habetur : in Galilæa ) non enim volebat in Iudeam ambulare ; quia quærebant eum Judæi interficere.*

PUNCT. III. Hæc cùm dixisset , ipse mansit in Galilæa. Ut autem ascenderunt Fratres ejus , tunc & ipse ascendit ad Diem Festum , non manifestè , sed quasi in occulto. v. 10. Sic aliqua Opera Bona pro nostro , vel Proximi majori bono præstat occultè fieri : ex. gr. Si Proximo scandalum , vel nobis periculum vanæ gloriæ , aut aliud damnum inde oriretur. Itaque in Operibus Bonis etiam ad circumstantias temporis , & modi attende.

Præterea obserua , simili modo Christum ac DEUM  
per Gratiam suam Sanctificantem , vel Auxiliantem  
sæpe in Animam nostram non manifestè , sed quasi  
occulto venire ; quia id melius sæpe est & utilius.

## MEDITATIO CCCXXXIII

*Continuatio ejusdem Argumenti.*

Luc. 9. v. 51.

**P**UNCTUM. I. Factum est autem , dum complerentur dies  
assumptionis ejus , & ipse faciem suam firmavit , ut ibi  
in Jerusalem . Et misit nuncios ante conspectum suum : C  
entes intraverunt in civitatem Samaritanorum , ut pararent  
illi . Describit hinc S. Lucas tempus , & ipsam prof  
ectionem in urbem Jerosolymam per Samariam , cuius  
profectionis etiam mentionem facit S. Matthæus c  
19. v. 1. & S. Marcus. c. 10. v. 32. Nempe cum com  
plerentur , & jam ad ultimos sex menses pervenissent  
dies Prædicationis Christi , post quos crucifigendus ,  
& deinde in Cælum assumendus erat , obfirmavit  
animum , & vultu spiravit generositatem , quæ ur  
bem Jerosolymam , tanquam locum imminentis Pa  
ssionis suæ ( ubi teste Joan. c. 7. v. 10. Quarebant eun  
Iudæi interficere ) cum Discipulis suis adibat , quāmque  
etiam gressus celeritate prodebat , ut Marcus indicat  
c. 10. v. 32. Erant autem in via ascendentes Jerosolymam ,  
& precedebat illos JESUS , & stupebant , & sequentes ti  
mebant . Et assumens iterum Duodecim , caput illis dicen  
tum essent ei eventura . Sic quod magis vitæ fini appro  
quinquam , eò firmiori animi proposito , constantia  
palacritate , Cælesti Jerusalem appropinquare , & re  
lios  
præ  
rem  
tare  
riu  
cio  
&  
sibi  
nit  
rat  
na  
pu  
scr  
eiu  
nor  
v..  
no  
Jer  
pr  
cif  
l. c  
&  
tet  
to  
pr  
cob  
de  
vit  
nis  
ali